

gna, necessarium habet artificis medicinam: quocirca sicut totius vastissimi Oceani unda non sufficiunt, ut vel unquam in sua concha elaborent margaritam, sed cali tantum rore affuso tam nobile opus perficitur: ita quiddam virium habet natura hominis, ne tantum quidem valet, ut volentes vel tanam actionem salutarem eliciat, necesse est, ut operante benefici Dei gratia adjuvetur. Quia in hac Dei gratia non solum adjuvare, sed praeveniendi omnino excitare debet dormitientem hominis voluntatem; si Deus non prior ad peccatorem convertatur, hic se ad Deum convertere nulla ratione potest. *Vocabis me, & ego respondebo tibi,* ajebat Job, c. 12. ut nos doceret, quanta fit gratia illius praeveniendi necessitas; his enim verbis ostendit, cor humanum muto antro, aut rupi esse simillimum, usque qua echo nunquam resonat, aut respondet, nisi vox praeveniat. Praeterea indubitatum est, hanc Dei gratiam ad conversionem hominis tanto efficiorem, intensioremque esse debere, quanto plura peccata fuerint conservata: homo unius peccati, & alter centuorum peccatorum non uno eodemque Dei auxilio emendatur; ille facilis, ille difficilis eruitur: ad solvendum glaciem solis radii sufficiunt, cum autem glacies in crystallum induruit, jam sol ardentissimis radiis nihil efficit, opus est ponderoso malleo, quo confringatur. Crystallinum ejusmodi duritiem induit peccatum, cum saepe iteratur; unde ut emolliatur animus, jam non sufficiunt communes Divinae gratiae radii, opus est illo malleo, de quo Deus per Jeremiam c. 23. loquitur: *Verba mea quasi malleus cunctos peram.* Illa gratia opus est, quam S. Augustinus ap. Segn. p. 3. dicit. 18. n. 16. iterum solitus est *Triumphatricem.*

7. Jam his praesuppositis illud hac in re terribilissimum est, quod Dominus Deus de communi & ordinaria Providentia suae lege, hanc specialem gratiam flectat denegare illis, qui fiducia confessionis peccati: quare? quia dum praesumptuosa temeritate circa suam conversionem Domino Deo quasi regulas praescribunt ejusque gratiam sibi pro suo libitu appropinquant, illa se magis magisque indignos reddunt. Atque hoc si tibi revera contingat, mi peccator, quid aeges? e corde tuo tam parum salutarem cogitationem excitare, quam e cysterna arida guttulam aquae haurire poteris; ex parte tui habebis quidem voluntatem confitendi, sed ex parte Dei non habebis auxilia necessaria, & sic quod probandum fuisse, confessio tua cuius fiducia peccatam committitur, aut reiterare praesumpti, erit inutilis, erit invalida, erit inanis.

8. Jam alteram sermonis partem aggredior, qua ad praescindendam his peccatoribus praesumptam spem hoc probandum erit, quod illi etiam post peccatam bonam confessionem (quod

ponitur, non affirmatur) in eo maxime perfricentur, ne in iterato relapsus, & denique in ipsam finalem impenitentiam incidant. Probatio non erit difficilis; Notate, quod ajo.

9. Gemina sunt pondera, si bene perpendimus, quae animam peccatricem in iterata peccata & sic peccatentem versus orbem depriment: unum est pondus internum pravorum habituum, alterum est externum, tentationum demonis: utrumque horum ponderum, quo quis peccat sapius, hoc crescit amplius, etiam quis post aliqua peccata de his delectat, & vere ac serio penitentiam agat. Primum pondus quod attrinet, nimis quam certum est quod post peccatum, etiam penitentia deletem, remaneant formidabiles reliquiae, videlicet pravi habitus, qui sua vi peccatorum, etiam penitentem, ad pristinum nefas continuo invitent ac trahant. Nemo sibi persuadeat, anima a noxis absolutae, pristinum omnem vigorem, plenamque honestatem restitui, perinde ac si nunquam noxia ulla fuisset contracta: Non est ita, *Romialis culpa,* ait Angelicus Doctor, (S. Thom. p. 2. q. 86. a. 5.) *remaneat dispositio ex peccatis illius aditus consuetudo, quae dicitur peccati reliquiae.* Et quid sit? Ah quid sit? si fornicator aliqui saepe ponderis imponitur, dum e diverso quo illum sustinent sulca, & parietes indies debiliores redduntur, fornix magis magisque ruinae obnoxius redditur. Non alia est conditio eorum, qui pergant peccare venia per penitentiam obtinenda fiducia: fempet augetur pondus pravorum habituum ex peccato residuo-rum, dum e contra gratiae sulca, quae illam animam sustinent, continuo debiliores fiunt: quis non apertam illi ruinam praesagiat? Sed ais: utique pravi habitus ex peccato residui per sacramentum confessionis debilitantur, ac diminuuntur? Non difficeo, debilitantur ac diminuantur, verum quid prodest? etiam debilitati ac diminuti possunt animum stragem irreparabilis inferre. Quando tota acie contra exercitum congregantur, etiam vincat alteruter, non tamen vici ad unum omnes interfectione dentur: multi cadunt in acie, alii solum vulnerantur, non paucos fuga fervat, livo multoties contigit, tam multos fugere, ut ex fuga retrahit, & strenui Ducis hortativis animati in praelium redierint, atque ipsos victores profligant, ignominia tanto maiore, quo turpius est victores in triumphum duci. Ita se res habet in praesio, quo peccata a vere penitente vincuntur: equidem per abolitionem extinguuntur noxae lethales, nec tamen idcirco omnes salutis nostrae hostes profligantur aut ceduntur. Vulnerantur aliqui, alii fugere videntur, & iterum redeunt. Inter hos hostes sunt pravi habitus, & iterum redeunt, pravae inclinationes, quae praesium post confessionem redintegant, & quanto sunt magis radicata, tanto potentius animam vincunt. I mi peccator, & gloriare in confessionis victoria, quando inimicos tam potentes domi nutritis.

10. Alterum pondus, quod peccatricem animam etiam post peccatam rite confessionem in iterata peccata, & successive in ipsum infernum pertrahit, sunt tentationes demonis, hostis capitalissimi, cujus potestas in animam tanto magis augetur, quanto major evadit numerus peccatorum: Ratio hujus rei est manifesta; cum enim demon hanc potestatem, auctoritatemque, qua nobis tanquam tyrannus imperat, non nisi a peccato accipiat, dicitur sancto Petro: *a quo quis separatus est, huius & servus est,* (2. Petr. 2.) sequitur, quod qui peccatorum numerum auget, eadem opera etiam demonis potestatem auget, & novum illi adversus se jus tribuat, utque dum tandem totus in arbitrium Domini tam execrabilis concedat. Et vero haec sunt stygii Veteratoris artes Christianis parum cognitae, principio modicis esse contentum, ut subinde accipiat plura, ac denique totum auferat. *Dixerunt anima tua, increpare, ut transiamus;* Propeta: (Isa. 37.) quid illis contulerit abscondi, & Deus sacrificium fecit felix sua patre penitus oblitus in ea provincia quatuor fere saeculis manserunt, manifestentque semper in miserabili servitute, nisi Deus potenti suo brachio per prodigia, nunquam vili, nunquam audita, illos e Pharaonica tyrannide eripisset. Totae hae historiae in sensu mortali coningit illis peccatoribus, qui fiducia confessionis peccati: fingunt sibi necessitatem, dicuntque se non posse hanc egastatem, hanc causam iudicalem, hanc perditionem evitare nisi admiculo peccati: non cogitant quidem diu morari in illis flagitiis, sed demon tanquam alter Pharaon qui in infelicissima peccati Aegypto imperat, adeo miseris premit, eosque tot laboribus occupat, ut ne quidem de fuga & reditu ad caelestem patriam cogitent illi spatum relinquat: sic illi contenti, quod aliquoties ad sacrificium confessionis recurrere possunt, mensibus & annis haerent in miserabili servitute, haerebantque semper, nisi Deus potenti, & prodigiis dextera sua illos eripiat. En quam difficulter emergat, qui semel in potestatem demonis se dederit; quare, quando redibit talis anima ad se, ad Dei gratiam? Et ego tibi respondebo: forsitan non redibit amplius in aeternum?

11. Filii Patriarchae Jacobi tempore caritatis in finitimum Aegyptum se conulerunt, animo, non longiores ibi moras trahendi, quam necesse esset ad annum commendam, & dein dispart erat exitus cum eorum decretis; placuit illis aliena regio, duxerunt uxores, progenuerunt filios, & famulorum, mancipiorumque labores lubenter faciebant. Religionem quod attinet, erant eo contenti, quod Rex Pharaona una vel altera vice per annum scalatent illis contulerit abscondi, & Deus sacrificium fecit felix sua patre penitus oblitus in ea provincia quatuor fere saeculis manserunt, manifestentque semper in miserabili servitute, nisi Deus potenti suo brachio per prodigia, nunquam vili, nunquam audita, illos e Pharaonica tyrannide eripisset. Totae hae historiae in sensu mortali coningit illis peccatoribus, qui fiducia confessionis peccati: fingunt sibi necessitatem, dicuntque se non posse hanc egastatem, hanc causam iudicalem, hanc perditionem evitare nisi admiculo peccati: non cogitant quidem diu morari in illis flagitiis, sed demon tanquam alter Pharaon qui in infelicissima peccati Aegypto imperat, adeo miseris premit, eosque tot laboribus occupat, ut ne quidem de fuga & reditu ad caelestem patriam cogitent illi spatum relinquat: sic illi contenti, quod aliquoties ad sacrificium confessionis recurrere possunt, mensibus & annis haerent in miserabili servitute, haerebantque semper, nisi Deus potenti, & prodigiis dextera sua illos eripiat. En quam difficulter emergat, qui semel in potestatem demonis se dederit; quare, quando redibit talis anima ad se, ad Dei gratiam? Et ego tibi respondebo: forsitan non redibit amplius in aeternum?

12. Epilogus. Quid igitur consilii? Mi Christiane, nota tibi quam optime hanc doctrinam, quam hodie propolui? dantur Christiani vel adeo rudes vel adeo temerarii, qui cum istis dicunt: Quid erio hoc peccatum, utique postquam iterum confitent? Illi de salute sua vehementer periclitantur: Nimirum inprimis periclitantur in eo, quod serium animi dolorem qui ad remissionem peccatorum requiritur, non fiat habitus: deis periclitantur in eo, quod gratiam Dei adjuvantem & excitantem per scienda bona confessionem indispensabilem necessariam, in suae temeritatis penam non sint a Deo impetraturi: Iterum periclitantur in eo, quod commisso uno peccato,

fecus ac sibi persuaserant, ob pravorum habitum reliquias, in millena alias sint prolapsuri. Denique perlicitur in eo, quod e tyrannide diaboli, qui eos volens detinere laborabit, non amplius sine evadere. Fortassis obijci fieri nihilominus posse, ut vel tam damno eiciatur? Non nego, sed fieri etiam potest, ut non expellatur; & quidquid demum accidat, tam diuturna in ejusmodi anima habitatio animos damoni facit ad tentandum reditum & haud fecus ac canis etiam subibus abactus redit ad ades, in quibus diu nutritus fuit. Nec redit solum, sed quod deterrimum est, cum pluribus canibus redit se nocentioribus. *Assumit septem alios spiritus secum, requirit se*, efficitur et anima tot levissimarum tentationum latratu confertata, semper pejoris conditionis fiat: adit illi magis auidius, custodit attentius, curat, ne agat cum hominibus virtutis studiosis, scilicet, ut concionibus non intesit, facit, ut confessoriam eligat sibi faventem, cui doctrina, vel perita, vel animas juvenandi studium deest, & sic fuit novissima hominis illius peiora prorsus, conseqnentur a primo ad ultimum satis probatum est, hanc loquamur: Peccabo, & dein confitebor, esse hominis solidi ac salutis suæ incurrit: absit inter vos esse talem! Amen.

Dominica Septuagesimæ.

CONCEPTUS XII.

De primo motivo Penitentiae, consistente in eo, quod Deo nihil sit gratius.

Exit primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

Peccator vocatur Deo ad penitentiam festinare debet.

I. Siquis ab hederna parabola siparium removeri, & delitescens mysterium agnoscece desiderat, interroget deluper praclarissimum Scripturam Interpretem Augustinum. Dicit Sanctus Doctor, serm. 99. de Verb. Dom. per Patrem familias intelligi Deum Optimum Maximum, qui ex infinita Bonitate ac Misericordia suæ abydo nullo non tempore, nulli non mundi aetate tam per seipsum tam per Prophetas, Apostolos ac Prædicatores suos cum in suam exiit, ut homines otiosos, id est, peccatores (quid enim est otiosus peccator, qui nec unius meritori operis capax est?) proposito aeterna Beatitudinis denario ad penitentiam vocaret. Sum contentus hac explicatione; verum ex hoc ipso consurgit mea admiratio, an enim miser peccatores indigent ad penitentiam vocari ac invitari? ubi ullibi unquam auditum lectioneque est, quod incaecratus ad amplectendam evadendi occasione, quod ager ad recuperandam sanitatem; quod pauper ad acceptandam divitiarum obtentionem; quod denique malefactoris mortis reus ad querendum asylum debuerit prolixas adhortationibus subigari? Peccator captivus est, quia infernalibus diaboli vinculis ligatus: Peccator ager est, quia anima tenus periculo-

sam luem contraxit: Peccator pauperissimus est, quia pretiosissimo gratia divina thesauro privatus: Peccator mortis ac quidem aeternæ reus est; quia infinitam Dei Majestatem graviter laesit. Cur ergo vocari? cur rogari? cur quascumque pillis trahi? cur allatis maximi momenti motibus urgeri debet, ut ex infelicitate sua erigatur? Dicis, hoc ideo fieri, quia vera penitentia est admodum difficilis. Non nego, verum est etiam indispensabiliter necessaria ad salutem. Mi Christiane, sequendo unquam peccatum lethale admisisi, jam medium non habes inter utrumque, debes penitentiam agere, ut infernum pati: *Penitentiam aut ardentibus* acclamat tibi S. Thomas de Villanova, Dom. I. Advent. quid inter utrumque facias? nonne hic ipsa necessitas sat stimuli est, quo post contritum aeterna damnationis, mali infiniti, reatum sine omni interposita mora ad sacrum confessionis tribunal festinare deberes?

Quia Deo penitentia nihil est gratius. Cur?

2. Proposito. At enim cum ab experientia habeatur, hoc solum motivum excitandis ad penitentiam peccatoribus haud sufficere, agam personam hodierni Patris familias, & penitentiam motiva aheram plura alia, quæ ad duo capita possunt reduci, videlicet quia Deo nihil est gratius, & homini nihil salutaris. Quod Deo nihil sit gratius penitentia, docet hodiernus sermo: quod homini nihil salutaris, explicabit post octiduum: Notandum autem, quod sicut hæctenus egimus de penitentia ut virtute, ita deinceps acturi sumus de penitentia ut Sacramento, de illius dignitate, utilitate, ac partibus requisitis, idque tanto impensius, quanto plures, utinam non sacrilegi errores a malis & rudibus Christianis hac in re committuntur. Attendite; Favete.

S. I. Primo quia penitentia liberat Deum ab aspidibus & panibus peccatoris.

3. Confirmatio. Penitentia Deo nihil est gratius; primo quia immutentem, ac justitiam Dei ab odiosissimo & profuso intolerabili onere liberat. Percipite meam mentem; Peccatum, prout alias explicasse me memini, terribilissimum ac profusum diabolium deformitatem refundit in animam hominis: fingite monstrum, quale olim apud Hibernos natum fuisse memorat Jonstonus, in Tarmatograph. videlicet puerum habentem geminum caput, duplex pectus, ut manibus & pedibus sex digitos, qui instar asserum pinnis conglutinati erant: fingite monstrum, quale apud Indos dari solet Solinus, ap. Major. colloq. 2. videlicet hominem monoculam, & tam magnis auribus præditum; ut totum corpus iis contingeret: fingite monstrum, cuius S. Augustinus l. 16. de Civ. Dei, & Isidorus meminit, videlicet hominem, qui ore careat, & labrum inferius ultra mensuram propendens habeat. Adhuc his deformitatibus, quidquid de-
pen-

pentibus, de crocodilis, de draconibus horribile dicitur, aut legitur: & scitote, quod anima infernali gravis peccati fuligine contaminata incomparabiliter sit æqual, quam tamen optimas, ac pulcherrimas Deus nunquam non potest ante oculos habere: quæ, mi Christiane, si in cubiculo, ubi habitas, in mensa, ubi prandis, in via, ubi ambulas, in lecto, ubi dormis, continuo terribiliter draconem intueri deberes, quanta esset tua infelicitas, ac nausea? in eo tamen liberior, & ut ita dicam, felicius quodammodo es, quod abominabili objecto deus avertere aut claudere possis, id quod Deo tam parum potest, quam parum sua se immensitas & omnisfinitas, attributis essentialibus ac summe necessitatis valet abdicare. Quapropter etiam instanter ac incessanter invocat suam justitiam, ut peccatorum, monstrum infinito odio dignum et mediis tollat, & quasi ex oculis suis ereptum in tenebrosos gehennæ barathros abscindat. Justitia Dei sic invocata, & peccatis miseri hominis irritata possit quidem licentiam dare igni, ut peccatorum comburat aeri, ut illum suffocet, aquæ ut illum submergat, terræ, ut illum obruat, demoni, ut illum abripiat, sed quoniam invita, & nisi coacta punit, eum fere in modum, quo pissimus quidam Princeps capitis sententiam adversus perduellem, olim amicum intimum, non sine lacrymis subscribit; ideo penam divino decreto statutam de die in diem, de septimana in septimanam, de mense in mensem suspendit, sperans fore ut peccator interim se emendet. Ex quid sit?

4. Si interim revera peccator Dei miserentis gratia tactus, damnabiles animæ suæ lordes penitentia lavare eluat, id fit quod antea dixi, nimirum immensitatem Dei a detestabili intuitu, & justitiam Dei ab odiosissimo puniendi onere, non sine totius celestis curiæ, & Dei ipsius applausu liberat: quare? quia per penitentiam ex desolissimo monstrum in pulcherrimum quasi Angelum, ex perduelle mortis reo in amicum Dei intimum mutatur. Explicando huic mutationi incidit mihi lepida similitudo: Nunquam observasti, quomodo consuetus papyrus? Pannus lineus, postquam diu homini servit, demum rezultate attritus mirum in vilissimum cottonem: hic cento vilipenditur, pedibus calcatur, in sterquilinum abjicitur. Sed ecce; quis crederet hunc centonem adhuc in grandi honore habendum? Id tamen fit, cum in molendinum papyraceum avolit, aqua eluitur, frangibulis conteritur, demum formatur in papyrus, qua Principum decreta ac gratiosa diplomata scribuntur. Peccator ab initio in baptismo erat mundissima tela gratia divina candore resplendens, dein per peccatum factus est cento vilissimus, a Deo obiectus, & a stygis canibus laceratus. Verum non cadat animo, poterit si velit transire in papyrus candidissimam: qua arte? si aqua, id est lacrymis cor suum abluat, & conteratur per penitentiam: in hac papyro quondam in illa

die supremæ cali terrore Princeps gratiosum illud decretum coram universo orbe scribet: *Veniis bonissimè Paris mihi*: En mi Christiane, id, quod probandum suscepit, videlicet, quam gratum obsequium immenitatis ac Justitiæ Divinæ penitentia præstat; Jam transeo ad alterum punctum.

S. II. Secundo quia per penitentiam destruit regnum diaboli.

5. Penitentia Deo nihil est gratius: quia regnum diaboli destruit aut immunit. Notandum igitur est, quod licet infernalis Lucifer superbie delicto de celo præcipitatus sit, tamen de hac sua superbia adeo non remittat, ut potius in hodiernam usque diem cum Deo de gloria extrinseca, id est, de multitudinis animarum sibi servientium amulorum exiit, dicens (*Isa. 14.*) *Similis ero Altissimo*. Hac collimant omnes illius insidie, omnes deceptiones, omnia terrenalitatem, omnes tentationes ac conatus, ut majorem orbis partem sibi subiciat, atque hunc ipsum in finem, prout testatur S. Gregorius Nazianzenus, orbis 9. habet prægrandem librum, cui animas paritibus suis addidit nigro crebi carbone inscripsit. In hoc volumine inscripti sunt omnes Ethnicis, omnes Turcæ, omnes Judæi, omnes hæretici, & magna Christiano-Catholicorum pars, eorum videlicet, qui in statu peccati lethali, & consequenter in aeterna damnationis reatu vivunt. Eheu! quam cordiali dolore Deum Optimum Maximum affligi necesse est, cum videt, in hoc infernali catalogo plures animas à se creatas, quam in libro vitæ legi! quantos conatus nunquam non adhibet, & hodieum adhibet, ut inselices oviculas e faucibus ac tyrannide infernalis lupi crepta suam in ovile reducat? hunc certe in suam misit in veteri lege Patriarchas & Prophetas, missam novalege Christum Filium suum unigenitum, mittit in hodiernam diem Apostolos & Prædicatores, ut regnum suum augerent ac diaboli destruerent, & sequidem suam augerent per conversionem unius animæ, immenso gudio perlanditur. Quodnam autem est ad conversionem animarum remedium efficacissimum? Est licet dubio penitentia, seu confessionis Sacramentum. Audiamus quantum hoc diabolus nocet.

6. Pastuosus Goliath contra Davidem pugans lapide in fronte percussus ac humi prostratus fuit. Sed quomodo, qua ratione? Scriptura ait (*1. Reg. 17.*) *Cecidit in faciem supra terram*. Est mirabile; nunquid lapis isdem in fronte idus est? omnino; igitur debuisse potius lapidem, quam pronus cadere? Dehisset quidem, sed ex verecundia ob amissam victoriam pronus in terram concidit, ait eruditus quidam Auctor, additque; per Goliathum intelligi diabolum, contra quem per Goliathum intelligi dia-bolum. Quomodo autem vincit debet tam potens adversarius? Respondet, vincitur, si peccata, quorum licet incitor est, in faciem illi proficiantur per generosam confessionem: tunc eru-

hebet, tunc in faciem cadit, quasi ignominiam suam occultatur. Verba laudati Auctoris sunt: *Cadit in faciem damon, quia confessione peccatoris ... confunditur, & seruitur.* (P. Mathias Faber in *Audub. serm. 3. Dom. 4. Advent.*) O quam praeclara in historiis & vitis Sanctorum habemus hujus rei exempla; Placet unum vel alterum audire? Quidam energumenus, prout refert Heroldus, ap. Ardiam p. 3. inf. 12. divulgabat occultissima multorum peccata, exceptis, quae confessione fuerunt deleta. Inaudit hoc quippiam, qui periculum facturus, an res se ita haberet, ad energumenum se contulit: Mox salve sis amice mi, ajebat diabolus, & omnia illius peccata non sine grandi ejus confusione prodidit. Itaque peccator ad Ecclesiam pergit, ibi confessionem pergit, & postmodum ad energumenum revertitur. Ecce, ajebant circumstantes, hic venit tuus amicus. Quis, quaezabat damon: ille, cuius peccata heri revelasti; ego, subinferebat spiritus, non novi hanc hominem, nec quidquam mali de illo scio. En; quam efficax sit poenitentia ad obliteranda peccata, ita, ut diabolus peccatorem non amplius agnoscat pro suo. (Cornel. a Lapide in *Levit. cap. 16. ver. 4.*) Sanctus Aftion Martir diuturno tempore impuris cogitationibus molestatus confessionis remedium amplexatus est, & ecce; diabolus in specie pueri Aethiopic cum accensa facula visibiliter ab eo recessit, clamantis: *Confessio tua o Aftion magnas meas vires contrivit, & inermem me reddidit.* Serapion apud Cassianum coll. 2. c. 11. tentationibus gale exagitatus, confessionem fecit, & ecce; deinceps non tantum ab ejusmodi tentationum molestis liber fuit, sed infuper damon in specie ardentis lampadis visus est de sinu illius egredi. Alius quidam cum quatuordecim annis tentationes fornicationis abtinentia superare non potuisset, confessione illas continuo superavit. Hinc exclamat S. Ildorus, l. 1. c. 12. *Confessio sanat, confessio justificat, confessio peccatis veniam donat.* His addere libet, quod in vita sanctae Magdalenez de Pazzis perhibetur: (Roff. genl. de mir. Sancti. cent. 2. p. 2. mir. 36.) cum pissima Virgo in suo oratorio preces ad Deum ardentem funderet; apparuit illi ingens damonum copia: Sancta Virgo exprobravit illis suam infirmitatem, & arrepto flagello illos ex uno oratorio angulo in alterum, & denique in orcum fugavit. Cur flagellum eam vim habuit, contra oreinos spiritus? quia est instrumentum poenitentiae, qua illi magis reformident. Adeoque a primo ad ultimum vides iteram, mi Christiane, quod hoc altero puncto probandum erat, videlicet, quod regnum diaboli per poenitentiam potentissime debellatur & evertatur. Progre diamur jam ad tertium.

§. III. Tertio quia Christo honorem amissum restituit.

7. Poenitentia Deo nihil est gratius; quia Christo Domino honorem, quem coram universo orbe perdidit, denovo restituit. Ut hoc affer-

tum rite explicem, lubet praeferre historiam S. Conradi Placentini, cuius festum paucis abhinc diebus celeberrimus. (Brev. Rom. 20. Febr.) Nobilis vir ante suam conversionem venenationi valde deditus, jussit aliquando verpes, ubi ferz latebant succendi: sed ignis vento animatus latus, quam voluit per sylvam sese extendit, ac grande fulcitavit incendium. Cohorruit hoc viso Conradus, & dissimulato facinore urbem latenter est ingressus. Verum homo ad Praetorem delata re, remissoque satellitio homiculus infimz plebis tanquam incendii auctor comprehensus, vique tormentorum falla confessione expressa ad supplicium damnatus est. Jam rapiebat miser ad capitalis sententiae executionem, cum Conradus conscientia stimulis excutatus se Judici sistit, innocentem homiculem & carnificis manibus eripit, seque commissi criminis ream publice profutur: solvantur vincula damnato, isque non sine grandi honore ac populi applausu liber dimittitur, Conradus autem postquam dividendis bonis damnatum cautum compenavit, mundo nuntium remittens, in eremum concessit. Quid haec historia ad rem nostram? Incarnatus Dei Filius hominum sanctissimus ac innocentissimus est amarus, quo flagrabat protrepantem nostrorum & totius humani generis noxas expiandas suscipit; ubi in urbem Hierosolymitanam venit, ab ingrato Judaeorum populo comprehensus, vinculis, in carcerem conjectus, colaphizatus, flagellatus, & denique tanquam sceleratissimus totius mundi malefactor ad mortem reatus fuit; cum sceleratis reprobatus est; (Ista. 53.) En abjectus, despectus ac sanguine perfusus pendet in cruce inter duos latrones; an promeruit hanc mortem tam ignominiosam? Nulla ratione; nec autem passus, innocenter mortuus est; quis autem hoc Judaeo, quis ethnico, quis infideli perlaudebit? quis Christo compenavit famam usque adeo labefactam? En mi Christiane, id facit quantum potest poenitens, qui peccata sua confitetur; dum enim coram Sacerdote seculi accusat, quasi virtualiter dicit: Ego sum reus mortis, ego crucis supplicium & omnia Christi tormenta promerui, ille innocens & impeccabilis Deus non pro suis, sed pro meis peccatis mortuus est; sciat Judaeus, sciat ethnicus, sciat infidelis, hanc mortem poenam non Christo, sed mihi deberi; & Intellegis, mi Christiane, qua ratione poenitens Christo Domino passionis ignominiam absterget, & honorem amissum restituet? Mirari igitur non debes, quod idem Dei Filius tam amicabile ac intento amore feratur erga peccatorem poenitentem, ut exclamet S. Chrysostomus, Hom. 22. de poenit. *Infans amator non ita dilectum amat, ut Christus poenitentem amem.* Dilectidimus hanc rem ulterius ex Dominice Passionis historia.

8. Cum Unigenitus Dei Filius in horto Gethsemani magno dolorum pondere angustiatu oraret, ubi Judas proditor, peccata totius mundi, iratus contra peccatores caelestis Patris, &

omnia

omnia passionis tormenta menti ejus obverfabantur, mox sanguineus sudor ob enormes peccatoris angustias toto corpore prorupit, adeo ut Patris lacrimis illi compatens submisserit Angelum, qui immensas patientis amaritudines quodam solatio dulcoraret. *Apparuit illi Angelus de caelestibus.* (Luc. 22.) Transeamus jam a monte Oliveti ad montem Calvariae; certum est, quod dolores, quos Christus in cruce passus est, incomparabiliter fuerint majores, quam illi in horto; in cruce enim nulla erat corporis, & animae pars, quae non fuerit extreme afflicta; caput erat spinis coronatum, oculi manabant lacrymis & sanguine, aures cruciabantur blasphemis Judaeorum, os potabatur felle & aceto, manus & pedes erant transclavati, anima tenus erit immensa tristitia obrutus, quia se a suis etiam Apostolis vidit deservitum, proditum, ac negatum. Pater haec tanta martyria expedit auxilium a Patre: *Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me!* (Matth. 27.) nec tamen adfuit Angelus, qui illi offerret aliquod consolationis subsidium. Quare? quae causa est, quod caelestis Pater in horto se adeo liberalem ac benignum, in cruce vero adeo praeicum ac durum exhibeat? Consulamus sanctum Chrysostomum, qui causam hujus disparitatis ingeniose ad rem nostram explicat: Patientissimus Redemptor in horto Gethsemani neminem habuit, qui mitigandis doloribus suis vel minimum levamen illi afferret; propterea caelestis Pater Angelum consolatorem dimisit; in cruce autem quae est infirmitatis locus, ac tale solatium cepit, cuius intuitu Angelo consolatore non amplius indigebat. Quodnam erat illud solatium? Latro poenitens, & publice confitens: *Non quidem dignus saluti recipimus.* Hac verba ad mitigandos Christi mortis dolores plus quam assidentia Angeli valebant; quia, ut dictum est, inexplicabili amore ac laetitia afficitur erga poenitentem animam. Audiamus verba aucti Oratoris, ap. Paolleti Dom. 3. Quad. n. 18. & 19. *Ab Angelo descendente de caelo confortatur Christus in horto, a latrone poenitente Christus confortatur in cruce.*

9. Epilogus. In conclusionem faciamus & admitemur, quod homines Christiani, qui poenitentiam ad salutem indispensabiliter necessariam esse satis superque agnoscunt, ut cum sacrum tribunal adeundum est, ad equalem ferri videantur. Quae ratio de causa? Dicis forte ideo, quia poenitentia vera non caret magnis difficultatibus; arduum enim est aereana conscientia prodere, seipsum humiliare, & jam odio quod amari, amare quod odium; &c. Esto ut ais, verum haec difficultates utique alleviari debent motivis efficacissimis, inter quae primum ac principale esse videtur, quia Domino Deo poenitentia nihil est gratius; cur autem poenitentia Deo adeo accepta est? Id a me jam audisti, videlicet, quia poenitentia immensitatem, ac justitiam Dei ab intolerabili onere liberat. Dein, quia regnum diaboli de-

struxit ac imminuit, denique quia Christo honorem deperditum restituit. Vis mihi peccator aliam audire motiva, quae resipiam, id est utilitatem tuam concernunt? Patientiam habe, id proxime tibi explicabo, &c. &c.

Dominica Sexagesimae.

CONCEPTUS XIII.

De altero Poenitentiae motivo, consistente in eo, quod homini nihil sit salutarius.

Aliud cecidit in terram bonam & lucrum fecit fructum centuplum. Luc. 8.

Sicut agricultura, ita et poenitentia est valde lucrosa.

1. Nunc omnes mundi artes nulla est questuosa, sicut agricultura; fenum enim, quod terre bene curate, bene curate, bene stercore committitur, favente temperate, & accedente Divina Benedictione facti fructum centuplum, consequenter cum, qui hodie unius modi possessor est, intra unius aetatis decursum centenorum modiorum Dominum reddit; hinc non inaniter dicitur, si vir agricola de suis laboribus nemini quidquam tribui solvere deberet, posset intra biennium argenteo, intra quadriennium aereo vomere agros colere. (Cornel. a Lap. in *Gen. c. 26. v. 12.*) Cajus Furius Creconus coram Romano Senatu fuit veneficus accusatus, eo quod ex parvo agello uberissimi fructus colligeret; igitur damnationem metuens omnia instrumenta radica secum in forum attulit, & adduxit filium validam, secum in forum attulit, & adduxit vomeres, saturos boves, diceus; Hac sunt mea veneficia, Quirites, quibus modicum intra tempus dictum fuit, nec possum vobis simul ostendere lucrubationes, vigiliis & laboribus. Sic omnium sententia absolutus est. Hic certe questus haud paucos ex urbis in suburbana praedia traxit: reliquerunt officia publica, & agriculturae vacarunt, quin imo a re rustica potius quam a suis dignitatibus nomen retinuerunt, quales fereba Fabii, Lentuli, Pisones, Gicerones, Vitellii, Poreii, Servii, Apii & alii: quare autem agriculturae secuti sunt aut saltem usque adeo astimantur? quia nihil est, quod humanum adeo fluctuat animum, quam lucrum & utilitas. (Cornel. a Lap. in *Gen. c. 9. v. 20.*) Jam in sensu morali inventa geminos seminatores valde diversos; primi sunt peccatores, qui corruptissimam hanc Buccanalorum tempore peccata seminant, ex quibus tempore messis, id est sub fine vite non nisi aeternae damnationis fructum sicut relaturi: O utinam materia, quam tractare constituit, admitteret, vellem illos pro viribus meis debortari, clamans cum Apostolo: (Galat. 6.) *Qui seminat in carne sua, de carne concipiet corruptionem.* Alterius gemini seminatores sunt poenitentes, qui tanto impensis Deus hoc tempore per bona opera honorare satagunt, qua-

quanto gravius ille a secleratis offenditur: & has ego optimam suam formem verbis coronati Platis aggraulor: *Qui sinitant in lacrymis, in exultatione mecum: (Ejal. 12.)* quare? quia tempore illo mensis aeternam retributionem recipient. Magnus ille Dei famulus Joannes Baptista de Fulgino, (*In vita l. 1. c. 9.*) qui per quadraginta annos in illa civitate moribundis assistere solitus est, sapiafferaverit, seu plurimum observasse, quod illi, qui Bacchanaliorum tempore devitatis mundi delictis Deum sacrosanctum Confessionis, & Eucharistie Sacramentis coluerunt, omnes ex hac vita cum magna spe salutis fuerunt migravit. At quem lucrosam fit ferax penitentia, utpote aeterna beatitudinis semina.

Triplex cuius homini evolutum fert.

1. *Proposito.* Esto igitur, ante ostium Dei vivati peccatorum ad penitentiam amore Dei, hodie eundem invitabo amore lucri, ibi dixi, penitentiam Deo nihil esse gratius, iam dicam, penitentia homini nihil esse salutaris: semen fecit fructum censeptum, penitentia aeternam; Attendite, favete.

S. I. Primo remittit peccata.

3. *Confirmatio.* Penitentia homini nihil est salutaris, primo, quia commissa peccata remittit, & Deum iratum quasi in momento propitius. Quis unquam secleratus fuit Davide, qui post accepta a Deo tunc plucina, quam insignia beneficia geminum peccatum adulterii & homicidii perpetravit? & tamen ubi impetrati suæ ingemiscere, & contrito pectore exclamare cepit: *Ecce ego, mox Propheta Nathan ventam ac remissionem illi denunciavit: (2. Reg. 12.) Dominusque transiit peccatum tuum.* Hanc vim, & efficaciam penitentia: admittatur S. Chryostomus, inquiens, Hom. 5. de poenit. *Unus verbum in uno momento prolatum esse, parumque unioctans consulti poenitentiam salutem.* An putas mi Christiane, hanc remissionem peccati esse exiguum Dei miserentis beneficium? est sane maximum; Percipe, qui ratione illud attimare Jebas.

4. Notabile valde est, quod in Evangelica illa parabola contingit, ubi Rex famulos suos ad inveniendam rationem convocavit: *Ubi ratiorem forent cum eis, (Matth. 18.)* Ibi oblatas est illi unus, qui debebat ipsi decem milia talentorum; cumque intellexit homo solvendo non esse, atque propria cum uxore ac liberis in mancipium vendi videretur, procius in gena rogavit iudicem, & hac supplici humilitatione mox a Domino totius debiti remissionem impetravit. Nonne hic Dominus erat Misericordissimus? Erat omnino; & ideo putat S. Chryostomus, quod iam dudum antea, priusquam servum illum inveniendam rationem vocavit, in mente sua totum illi debitum remittere decreverit: si autem ita est, ad quid ratiocinatus? cur debuit ille receptum & expen-

sum peculium de puncto ad punctum recense re, atque in his totidem notas fax infidelitatis nomine grandi verecundia intueri? Responderet sanctus Chryostomus, hoc ideo factum esse, ut reus Beneficium condonationis tanto magis estimare disceret. Verba aurei Doctoris sunt: Hom. 32. in Matth. *Antequam rationem poneret, debitum non dimisit: quia docere voluit, a quantis delictis eum liberabat.* Removeamus corticem de parabola & differamus de nucleo: Per Regem illum intelligitur Deus Optimus Maximus, per debitum decem millium talentorum intelligitur transgressiones omnium decem preceptorum, prout explicat S. Augustinus, dicens, Item: 19. de Verb. Dom. *Per quod omnia peccata significatur, quae ad totum legem suam & sic igitur solide mi Christiane, agnoscere cupis, quantum tibi beneficium per remissionem peccatorum a Deo fiat, debes prius rationem inire, id est, debes punctatim perpendere, quam gravia & numerosa fiat tua peccata: debes perpendere, quod peccatum sit enormis injuria Dei, quia creaturam amat præ Creatore: debes perpendere, quod peccatum sit enorme flagitium, quia rursus crucifigit Christum: debes perpendere, quod peccatum sit enormiter perditio, quia Luciferum cum angelis rebellibus per novem caelos usque ad infernum deprestit: debes perpendere, quod peccatum habeat enormem deformitatem, quia humanamque substantiam Dei imagine inducit formam infernalem, & quæ sunt similia: hec inquam debet singulatim ratiocinando perpendere, & tunc agnosces, quantum tibi beneficium impetrata per penitentiam remissio peccatorum: Antequam rationem poneret, debitum non dimisit, quia docere voluit, a quantis delictis eum liberabat.*

5. Ante omnia autem grande hoc beneficium, videlicet remissio peccatorum per id nobis commendatur, quod sit conjuncta cum reconciliatione, seu propitiatione irati Numinis, eo momento, quo peccator compuncto pectore ad pedes sacerdotis sese abicit, confitens ac detestans peccata sua, mox terribile odium, quod Deus contra peccatorem conceperat, in corde Divino abstergitur. O quis dabit mihi verba explicanda huic penitentis felicitati? Fuerunt quidam Philosophi, (*Galen. Proff. Marpurg. an. 1613. & notum & Horfius an. 1660. Jan. Bap. Helmsol. a fol. 199. usque ad 600.*) qui temperari principis nisi delendone virtutem pulveris sympathetici: quia hoc rei ponamus quod hodie hujate graviter vulneret, & hostis meus cum cruento gladio usque Viennam profugiat, si ibi Viennæ gladius pulveris sympathetici confperatur, dicant, meum vulnere hujate sine speciali molestia sanatum iri, quia, uti dogmatizat, sanguis aut pus gladio inherens retinet singulariter Sympathiam ad partem affectam, ita quidem, ut cum pulvis hic sanguini aspergitur, continuo ille a Vienna usque huc tenuissimos spiritus transmittat in vulnere, unde illud coit & sanatur. Displacet hec

opi.

optato primo quia sanguis & pus gladio inherens statim exhalat spiritus suos, unde videbantur habere Sympathiam: ergo tunc pariter cessat Sympathia. Displacet secundo, quia sanguis non est specialis in uno potius membro, quam in alio: ergo cum omnibus membris communem habet Sympathiam, consequenter non est ratio, cur sanguis et pede vulnerato manans & pulveris sympathetico asperfus pedi potius medeat, quam manus pariter vulnerata, quod tamen ibi negat. Displacet denique tertio, quia prorsus incredibile est spiritus illos & sanguinolento gladio emissos intra tantum spatium, quod est inter Viennam & hujate, nec viribus nihil, nec vento dissipari, nec temporis diuturnitate extingui, nec mille aliis obstaculis cursu suo impediti, sed recta ad vulnus laesi pervenire, illique præsentem medelam afferre, hoc inquam est prorsus incredibile. Verum in sensu morali dari ejusmodi pulverem sympatheticum est innegabile; quomodo? Mi peccator, perverta tua voluntas est gladius crudelissimus, quo cor Divinum gravissime vulnerasti, cum autem hanc voluntatem tuam illo pulvere confpergis, quo penitens David caput suum confperxit, cum cinerem tanquam panem manducabat, volo dicere, cum penitentiam agis, atque coram Deo humiliter iteris, quod pulvis & nihil fis, tunc enim vero vulus Divini Pectoris in calo coalescit, tunc definit esse hujate, tunc in pristinum amicitiam recipis. Despicis hanc speculationem tanquam insullam? Ergo, ne tibi molestus sim, pergo ad alterum punctum.

S. II. Secundo restituit amissa merita.

6. Penitentia homini nihil est salutaris secundum, quia amissa operum bonorum merita penitentis restituit. Non intelligis? Ergo considera minas illas terribiles, quas Deus per Ezechielum c. 18. facit: *Si averteris se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, non omnes iustitia eius quasi fuerit, non recordabitur.* Ex quibus verbis liquet, quod homo, quamprimum in peccatum consentit, eo momento omnium virtutum merita, quæ hæctenus collegit, instant agri grandibus destructi penitus deperdit. Ponamus hominem Christianum, qui altissima contemplatione dehis die noctuque Deum adorat, instar Antonii: qui inaudita austeritate seipsum crucians quotidie pectus saxo crueret instar Hieronymi: qui laceraphicis ardoribus Deum diligat instar Augustini. Dico amplius: ponamus hominem Christianum, qui in utero Matris fuerit sanctificatus velut Joannes Baptista: qui zelo animarum arserit velut Apostolus Paulus: qui montes ab uno in alium locum transfulerit, velut Gregorius Nazianzenus: qui duodecim centena infidelium millia ad Christi fidem converterit, velut Xaverius. Assargo alius: ponamus hominem Christianum, qui omnium Angelorum, Patriarcharum, Propheta-

rum, Angelorum, Martyrum, Confessorum, Anachoritarum, Virginum, & omnium sanctorum puritatem & sanctitatem in se uno complectatur: dico tamen, hic tam magnus, tam austerus, tam prodigiolosus, tam Deo charus, tam admirabilis sanctus, eo momento, quo in peccatum lethale concidit, mox omnem hunc meritum thesaurum amittit, & siquidem spatium ac gratiam penitentiæ a Deo non obtineat, aternaliter peribit. Heu! quam enorme & inexplicabile est damnum peccati mortalis.

7. Verum non in eo solum ut damnum peccati, sed potius utilitatem penitentia: describam; Proinde e contrario jam assero: hæc ipsa merita per peccatum amissa per penitentiam denovo restituntur & restituntur, sicut enim Deus prius illud per Ezechielum comminatur, ut dicitur: *ita posterius hoc per Joelum c. 2. promittit, inquiens: Reddam vobis annos, quo comeditis locustas, bruchos & argeos, & cruceos, quasi diceret, prout Glossa interlinearis & S. Hieronymus in hunc loc. annotant: non patiar perire uberitatem bonorum operum, quam peccando perdidistis.*

8. De mirabili quodam fonte in Epiro existente enarrat Damianus, l. 2. Epist. 17. quod licet contritantiibus ac bibentibus sit frigidus, extinguit tamen faces ac funalia reaccendit. Sic comparat est etiam fons lacrymarum operum penitentia: caritatem Dei, & bonorum operum merita in corde peccatoris extincta reaccendit. Et hoc plane motivum arbitror præ mille aliis est efficacissimum, quod peccatorem ad agenda cito ac serio penitentiam admittare debet: Mi Christiane, esto, quod per peccatum cum Nabuchodonosore in bratum degeneratis, age penitentiam, & restituetur tibi regnum: esto, quod per peccatum cum filio prodigo substantiam tuam dilapidaveris, nedi ad Patrem, & profertur tibi forma. Esto, quod per peccatum anime lepram fordissimam contraxeris, ostende te sacerdoti, & mundaberis. Hoc certe motivo Felix III. Romanus Pontifex Acaicum Archiepiscopum Constantinopolitanum, qui post rem pro Ecclesia egregie populum, demum cum Zenone Imperatore hæreticis favere, ac Legatorum Apostolicorum monita depicere cepit, ad penitentiam invitavit, teste Baronio, Tom. 3. in hunc sensum illi scribens: Ubi est frater Acaici labor tuus, quo hæreticæ tyrannidinis tempore deludisti? An patiens cum damno conscientia: tuæ ejusmodi perire mercedem? &c. O mi peccator, applica tibi salutariter hæc ipsa verba, alloquere teipsum & dic: an patiar, ut tot sacramentorum frequentationes, tot confessiones, tot communionones, tot jejunia, tot orationes, tot elemosynæ, verbo tot pia opera, quæ hæctenus per omnem vitam exercui, simul & semel percant? An non potius omnem impendam operam, ut hanc amissionem vite aeternæ thesaurum recuperem? Sic, inquam, teipsum alloquere, & plane hoc motuum saltem tibi reddet, quam modo nau-

feas

feas & exhorrefcis, penitentiam. Verum exigua sunt ita, dilucidemus majora in terro puncto.

§. III. Tercio exivit peccatorem in pristinum, imo maiorem gratiam gratis.

9. Penitentia homini nihil est salutaris tertio; quia illum non iam in pristinum gratiam gradum, sed omnino in maiorem ac excellentiorem reduct. Aduâcter affirmo; Penitentes videntur Deo esse gratiores, quam innocentes; Ut probationem capiamus, accedamus grande illud enaculum, in quo Christus Dominus ante Passionis suæ exordium cum Discipulis suis ultimam cenam sumpsit: Ibi Incarnatus Dei Filius principal mente loco præfidebat, atque a dextris & a sinistris Discipulos ordiue dignitatis aut dilectionis sibi accumbentes habebat. Primum omnium fuit Joannes, c. 13. cui licet in pectore Salvatoris prono capite recumbere, fuit etiam a Christo ab vaginalis ac libinata innocentie candore teneris præ cæteris amatus; ideo Petrus, cum libenter scire vellet, quisnam ex Apostolico Collegio proditor futurus esset, subornavit Joannem, c. 21. ut id arcani ex Salvatore explicaretur. Jam relicto cenaculo progrediatur ad mare Tiberiadis, & quid ibi factum sit expendamus. Ibi post passionem, ac gloriosam resurrectionem fuit Christus Dominus Discipulis piscantibus apparuit: ibi curam centum quinquaginta trium piscium illis mirabiliter procuravit: ibi manducandum aliquid ab eis petit, & finito convivio gran de negotium aggressus est. Quod illud? Deceverat Dei Filius unum ex Discipulis eligere in caput suæ Ecclesie, qui cæteros regeret ac gubernaret, qui fidei ac morum Magister esset, qui supremam ac Christi vicariam potestatem in terris administraret. Quæso quem ad excellentissimum hoc munus elegit? Circa duobium puto, quod Joannem, cui sicut innocentie notam, ita & in corde Divino parrogativam amoris præ cæteris habebat? Verum non ita est; Christus Dominus ad Petrum conversus interrogabat, Simon Joannis dicitur me plus his? affirmante Petro eandem interrogationem ad huc bis repetit, & cum Petrus etiam bis repetito responso suum erga Christum amorem testaretur, tum illum in Pastorem ovium suarum & in Apostolorum Principem constituit, *Pater vos meus: cœlystra fratres tuos:* O Divine Magister, hoc tuo sacro plane magnam in animo meo admirationem excitat; cur enim Dilectum tuum Joannem præteris? Recordare, quod illi in ultima cena præcedentiam præ cæteris Apostolis contuleris, & merito; quia nullo te unquam peccato lethali offendit; dum e contra Petrus contra fidem jurabande promissam paulo ante, videlicet tempore amarissimæ passionis tuæ, ubi vel latrones te publice confecti sunt, non una tantum, sed tria vice te perdidit negavit; Esto negaverit, reponit Christus, tamen etiam penituit; & ideo di-

gnam censeo, qui cæteris præmieret. O gradus amoris prodigium, quo Christus diligit penitentem animam! Nonne verum dixi, Auditores, quod penitentes videantur Deo gratiores, quod innocentes? Ita dixi verissimum, id quod una mecum doctissimus Anthonius in Psal. 138. de Petro affirmat: *Maior gradus redidit ploranti, quam sublatus fuerat neganti.*

10. Vultis aliud exemplum huius rei? Dabo; (*Ex lib. Doct. Parr. l. de for. n. 10.*) Tempore primæve Christianitatis, nescio quo anno, erat in Ægypto quidam Diaconus; Diaconi autem sunt, qui licet necesse Sacrodotis sint, tamen in majoribus sacris Ordinibus constituti & supra statum laicalem evecti ad ecclesiasticum populum, ad prælegendum Evangelium aliæque Ecclesie munia designantur; quemadmodum igitur infernalis inimicus hominibus spiritualibus magis insidiatur, quam laicis, eo quod ex eorum lapsu majorem ruinam quam ex horum speret; ita hunc Diaconum tentationibus suis eo impulit, ut cum femina sibi familiariter peccatum commiserit. Verum Deo finit laudes; cum agnovit, se Dei Optimi Maximi gratia excidisse & æternæ damnationis reatum contraxisse, conscientia stimulis æctus, ad vicinam Monasterium, quod singulari sanctimonie laude hægebatur, transiens, illius Abbati delictum confessus est. Pœna autem erat contentus tentatio, tantum emendationis desiderium, ut peccator ab Abbate solitariam cellulam, ubi deinceps per omnem vitam suam ab humano consorcio procul remotus penitentiam agere posset. O factum bene! confessio sola ad placandum Deum non sufficit, vitanda sunt occasiones, & peccatum, quod semel commissum, ineffabili penitudine deplorandum est. Impetravit, quod petit, atque in illa solitudine conclusus dies noctesque orationi dabat, corporiculum jejuniis & flagellis macerabat, oculos lacrymis exhauriebat, Deum sine fine & modo delicti veniri rogabat. Contigit ex tempore, ut agri in Ægypto diuturna ariditate sterilesceant, & pecorum pascua calidissimis solibus exurereant: non pluvie aut rores cadebant, non Nilus, prout alias annuatim solebat, inundationibus suis terram secundabat; proinde ingræbatur, atque iudies credebatur miserabilis annonæ caritas & fames. Afflicti homines agminatim curiebant ad prædictum Monasterium, rogabantque, ut Religiosi, quos in magna facultate vivere licebat, intercessionibus suis iratum Deum placarent: fecerunt id exorati Monachi, duplicerunt, triplicarunt, & centuplicarunt sua penitentia opera: sed incassum; videbatur celum ex are compactum, ita ut preces iutorum penetrare non possent. Denique oranti eadem Dei famulo celestis vis revelavit, hæc pigram sterilitatis non cessaturus, nisi penitens ille Diaconus in illius celæ solitudinis delinsecens intercessor accederet. Producit igitur penitens peccator, deprecatur ille Deum pro communi necessitate, & ecce! in-

489

aque Nilî supra littora ascendentes inundationibus suis finitimam regionem ad pristinam fecunditatem reducerunt: & sublata est fames, & populi laudantur Deum. Mi Christiane; Nonne quod antea vidisti in Petro, jam denno vides in isto penitente? in illo Monasterio vixerunt forsitan centum iusti ac innocentes, nam in primitiva Ecclesia Monachi in suis alicuius erat valde numerosi, & tamen centenorum illorum oratio id non obtinuit, quod effectus huius unus penitentis precatio! quis aliam conclusionem faciat, quam quod revera Deus, imo tota cælestis curia majorem complacentiam habeat super unum peccatorem penitente, quam supra nonaginta noverum iustis, atque illum plus æstimet quam multos, id quod erat probandum.

11. Epilogus. Quem autem in finem loquor ista omnia? non alium in finem, nisi ut tibi, mi Peccator, nauseam illam, ac horrorem adimam, quo saluberrimum hoc salutis remedium videlicet penitentiam averaris. Repeto igitur, quod dixi, nihil est quod huiusmodi animos tam potenter trahat, quam lucrum & utilitas; quid autem lucrosius, quid utilius quam penitentia? Peccati remissionem a propitiato Numine impetrat, amissa operum bonorum merita restituit, & penitentem ad eundem, imo excellentiorem gradum gratie revellit. Quis tanti huius, ac triplicis emolumentum inuitu non libenter penitentia difficultatem superet? quis non lubens animæ suæ agrum sacramentali semine seminæ, atque lacrymis humectet, ut tantum fructum colligat. Quæris procoronide, quomodo in ipso Sacramento usum prædicte rem aggredi debeat, ut bonam, perfectam, & Deo placentem penitentiam agas? Habe patientiam, hoc deinceps edoceberis, &c. &c.

Dominica Quinquagesimæ.

CONCEPTUS XIV.

De examine conscientie ad Sacramentum confessionis necessario.

Quid tibi vis faciam? at ille dixit: Domine, ut videam. Luc. 13.

Penitens ante confessionem debet Dei auxilium implorare.

1. Quomodo prædicte in ipso sacramentalis confessionis usu rem aggredi debeo, ut bonam, perfectam, & Deo placentem penitentiam agam? Hæc erat ultima interrogatio, quam tu ante octiduum ad me, aut ego ad te, &c. ecce; opportunam occasionem mihi ministrat hodiernum Evangelium, qua per ideam cæci secus viam sedentis responsum tibi conferre possim. Miser homo, quando ex strepitu prætereuntis populi eductus est adesse tauratargum Mundi Salvatorem, mox ingenti clamore opem illius imploravit: *Jesu Fili David miserere mei!* Parem in Claus Spi cil. Cent. Tom. II. Pars II.

modum Christianus sacram confessionem facturus ante omniam Dei adiutorium, ac Spiritus sancti gratiam humiliter implorare debet; sicut enim homo ex se generatim ad omne opus bonum, ita speciatim & multo magis sine Numini auxilio incapax est ad agenda rite penitentiam, prout expresse definit Concilium Tridentinum, sess. 3. can. 3. docens, quod nemo sine prævieneute Spiritus sancti gratia penitere possit. Deinde cœcus ille a Christo interrogatus: *Quid tibi vis faciam?* respondit: *Domine, ut videam.* Parem in modum penitens suppliciter rogitat Deum, ut oculos mentis sue illuminare dignetur: Pinguem viatorem, qui in regione incognita itinerans opinione cœcausa de nocte occupatur: miserimus homo ignorat, ubi locorum se habeat, & dum secum deliberrat, quid factu opus sit, videtur sibi haud procul cernere rudera antiqui alicuius ædificii. Vel lit nolit, subintrat hoc rectum, & ut locoriminen excutiat, somno se componit. Dormit bene, & nequidem de periculo quiquam somniat. Tandem ortu solis luce erigens; jam deprehendit se medium inter viperas, ac dracones, tygrides ac leones. Indicibile est quanto horrore confertatur sine more fugam capessat! cur autem fugit locum, ubi tot horas tranquillo somno transegit? quis illum adeo negligentem ac incuriam reddidit? Ignorantia periculi; quis illum nunc facit tremere & fugere? cognitio periculi; atque ideo grates immensas rependit solari luminari, quod oculos ac vitam illi operavit. Talis est conditio peccatoris; qui oberrans in nocte suorum peccatorum secure dormit, ac requiescit in spelunca vitæ perarum, in cubili leonum, a quibus tandem Divino lumine illustratus agnoscat, fugiatque, in quo versatur, damnationis periculum. Proinde Christianus ante confessionis Sacramentum cum hodierno cœco clamet: Domine da ut videam, da ut viperas & dracones in corde meo nidulantes agnoscam, da ut abscondita cordis mei, id est peccata omnia quoad speciem, quoad numerum & necessarias circumstantias in ordine ad confessionem rite faciendam intime perspiciam. Quid deinde? Deinde instituum est examen. Quid autem est examen? est accurata, ac diligens conscientie discussio, vi cuius ab ultima confessione peccato remanentem statum, occupationes, exercitia, præcepta Decalogi & Ecclesie, ut sic in memoria revocem omnia peccata tam propria quam aliena, que ab ultima confessione cogitatione, verbo, opere, & omissione commisi.

Et dein conscientiam bene examinare.

1. Propositio. Atque de hoc examine conscientie, tanquam prima dispositione ad confessionem, item de illius necessitate ac modo hodierna dissertatione agemus: Indiget Christiani valde hac instructione, quia permulti sunt adeo rudes ac tepidi, ut ab ingressa Ecclesie suæ prævia recollectione, sine omni

D

490

preparatione statim ad sacrum tribunal convolent, ibique quidquid deresepe in buccam veiat, sine ordine, sine prudentia, sine humilitate in aures sacerdotis garrunt: pelsimefaciunt; quia illorum confessiones arbitror defectu diligentis examinis plerumque esse invalidas, esse sacrilegas. Attendite, & iudicate, num me fallat opinio.

Examen hoc debet fieri diligenter.

3. Confirmatio. Omnia negotia magni momenti, in quibus agitur de damno vitando, aut lucro capefendo exigunt magam preparationem: exempla huius rei possem adducere innumera: exempla huius rei possem adducere innumera, quorum forsitan inferius mentionem faciam, nunc unicum illud nobis sufficiat, quod ipse Mundi Redemptor apud S. Lucam c. 14. allegat: Loquutus de Rege, qui contra alium regem expeditionem bellicam machinatur: quid agis talis Rex? *Sedens prius cogitat*, deliberat, sumptus computat, vires suas cum viribus inimici confert, ac denique attentis omnibus circumstantiis bene discit, utrum possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se. Cum ergo id agatur in negotiis temporalibus, multo magis id necessario agendum est in negotiis penitentia. Mi Christiane, confessionem facturus quasi in bellum progredieris contra infernalem inimicum; si igitur ille viginti peccata mortalia, quae perpetrasti, contra te adducat, & tu decem appares, idque ex negligentia, ex ffortordia, ex affectata aut crassa ignorantia, verbis ex defectu sufficientis examinis, item quod etiam hoc pertinet, ex inficitia rei Christianae, cujus notitiam in concionibus & catechesi facile tibi comparare & potuisses & debuisses, si id inquam fiat, quis non videt, quod a rege tenebrarum vincendus, id est, quod invalidam confessionem peracturus, & loco gratiae Divinae, quam acquirere debuisses, econfessionali novum sacrilegium reparatorus sis. Ita in hac locum discurrat celeberrimus quidam auctor, (P. Matth. Faller in conc. 7. Dum. 3. Quadr.) inquit, *Si dialogus tibi longe plura obicere quam scilicet quatuor confitearis, -- nonne succumbes?* Beata Margarita de Cortona, postquam saecularem suam vitam aethera penitentia expiavit, & in via perfectionis insigniter iam profecit, a Christo Domino tamen, qui saepe saepius illi comparuit, haud alter unquam compellata fuit, quam *Peccatrix*. Interrogavit illa confitenter, cur se nollet nunc copare *Filiam*, & reposuit Christus, id fieri ob quaedam occulta peccata, quae ex defectu diligentis examinis necdum confessa esset. O Domine, exclamavit illa, qui es lux vera, illuminantis mentis meae tenebras, ut agnoscam mea delicta, & meae vera confessione delectam; Vix hanc aut ejusmodi orationem finit, statim omnia cordis sui arcana tanquam in speculo perpexit: confessa est eum perfectissimo dolore, & ecce! apparet illi postmodum Christus *Filiam* nuncupavit. En, mi Christiane, quam accuratam

examen requirat Christus in iis penitentibus, quos e iugo diaboli eripere, & ad filiationem Divinam admittere decrevit.

4. Arque haec est ratio, cur Concilium Tridentinum, quod ad reformationem morum, & extirpandos in rebus sacris errores congregatum est, in confessionibus fidelium hoc examen tam energice urgeat ac requirat. Verba illius sunt: Sess. 14. c. 5. *Oportet a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussio nem memoriam habent, in confessione recitari. Nota bene: dicit, post diligentem sui discussio nem*; ergo examen debet esse accuratum ac diligens; hinc alibi reperit idemdem monitami verbis: (Can. 7. ead. sess.) *Singula peccata, quorum memoria cum debita, et diligenti prae meditatione habetur. Ecce examen debet fieri cum rememoratione, cum attentione, cum praemeditatione: ideo omnes universi Doctores in hac verba annotant, (Novar. cap. Fratres de penit. diss. 5. a. n. 66.) diligentiam examinis debere esse tantam, quantum in aliis magni momenti negotiis a nobis adhiberi solet. Poenam, quod filiam nupti dare velis. Deum immortalem! quod solcite indagaciones de sponso? Quails fit an bonus Christianus? an bene moratus vel vitiosus? An prophanus; ergo nullus peccati mortalis nisi confitens est, licite & valide omnino sine omni examine confessionem peragit. Ohe! inquit, si recogitarem adhuc una hora, forsitan mihi incidere peccatum lethale? Non obligaris ad hanc horam; diligentia enim examinis debet commensurari non ad principia anxietatis, sed ad regulas prudentiae. Et est revera peccatum grave (quod tamen apud homines timoratos fieri sere nunquam solet) post diligens examen memoriam tuam absque culpa tua effugisse, quid nocet? Nihil; absolveris ab illo saltem indirec te, & saltem modo tibi remanet obligatio illud confitendi tunc, cum postea forte recordatus fueris, prout expresse docet Concilium Tridentinum, sess. 14. c. 5. Per defectum autem hac ex parte errant homines laxi & suae salutis nimis inliciti, quorum iterum duplicem classem invenio; Primi sunt illi, qui licet in omnimoda Dei oblivione vivant, atque confessiones suas ad sex, ad octo, ad decem menses, aut integrum annum differant, tamen sine omni conscientiae diffusione ad sacrum confessionale occurrunt, ibique a Sacerdote nude crude petunt: *Domine interroga me!* Alii bene Deus, quod prodest hoc interroga me? an enim putem, peccatorem baram se rudem, post prolium adeo tempus exaptem fore, ut ad interrogata expedite ac ordine respondeat? *Est impossibile*, ait doctissimus Suarez in 3. p. d. 72. §. 10. Conscientiam non scit tuis inclinationibus, tuos mores, tuum statum vivendi, in quo versaris, & quomodo ille scire aut tingere potest innumerabilia illa peccata, quae in latibulo cordis humani delitescere possunt? Qui in hac aut illa domo inquilinus est, etiam obscuro nocte sine lumine nunc in cameram, nunc in cellam, nunc in culinum tunc vestigio vadit, & hac aut illa urentia arripit: verum veniat in domum exterius, & taceo pertus; si certe continuo impinget, nec quid-*

Et quidem magis aut minus secundum diversitatem penitentiam.

5. Distinctione tamen hac in re opus est; labens enim lator, non aequalem, sed majorem vel minorem in examinanda conscientia diligentiam pro diversitate personarum requirit; attendendum est ad diuturnitatem temporis, quo quis confessionem distulit, attendendum est ad vitae statum, quorum unus sine dubio pluribus, aliter paucioribus peccandi periculis obnoxius est. Qui singulis septimanis confitentur, non tanto examine indigent, quanto illi, qui de Pascha ad Pascha confessionem suspendunt, cum sine lere in modum, quo cubiculum, quod quotidie verritur, utique facilius purgatur, quam quod per integrum annum scopam non vidit. Praeterea hoc mo-

no conscientiosus, qui domi in solitudine, in labore, in officio sese detinet, non tanto examine indiget, quanto *Judex, Advocatus, Mercator, aut dissolutus mandati amator*, qui absque Dei timore in omnia peccandi pericula se libere conicit, cum sere in modum, quo solus in dealbandis telis quotidie occupatus non tantam difficultatem in lavandis manibus experitur, quantum carbonarius, qui prunas & fuliginem tractat. Quilibet examine conscientiam iusta mensuram suae exigentiae aut infirmitatis, sicque agat, prout iuxta regulas discretions aut prudentiae se coram Domino Deo satisfecisse arbitrat.

Cum ergo haec in re multi committuntur errores.

6. Proinde ut hac doctrina adhuc magis clarificetur, non abs re erit, si triplicis generis errorem, qui tam per excessum quam per defectum hic committi solet, detegam: Per excessum errant ferapulosi, qui nimis timorati, nimis anxii semper metuunt se non satisfecisse, nec bene fuisse confesos, si quis amabilissimum hoc Sacramentum & sibi, & alio solutum reddunt: sciant illi, diligentiam examinis labor esse circum peccata mortalia, qui ex eo nullus peccati mortalis nisi confitens est, licite & valide omnino sine omni examine confessionem peragit. Ohe! inquit, si recogitarem adhuc una hora, forsitan mihi incidere peccatum lethale? Non obligaris ad hanc horam; diligentia enim examinis debet commensurari non ad principia anxietatis, sed ad regulas prudentiae. Et est revera peccatum grave (quod tamen apud homines timoratos fieri sere nunquam solet) post diligens examen memoriam tuam absque culpa tua effugisse, quid nocet? Nihil; absolveris ab illo saltem indirec te, & saltem modo tibi remanet obligatio illud confitendi tunc, cum postea forte recordatus fueris, prout expresse docet Concilium Tridentinum, sess. 14. c. 5. Per defectum autem hac ex parte errant homines laxi & suae salutis nimis inliciti, quorum iterum duplicem classem invenio; Primi sunt illi, qui licet in omnimoda Dei oblivione vivant, atque confessiones suas ad sex, ad octo, ad decem menses, aut integrum annum differant, tamen sine omni conscientiae diffusione ad sacrum confessionale occurrunt, ibique a Sacerdote nude crude petunt: *Domine interroga me!* Alii bene Deus, quod prodest hoc interroga me? an enim putem, peccatorem baram se rudem, post prolium adeo tempus exaptem fore, ut ad interrogata expedite ac ordine respondeat? *Est impossibile*, ait doctissimus Suarez in 3. p. d. 72. §. 10. Conscientiam non scit tuis inclinationibus, tuos mores, tuum statum vivendi, in quo versaris, & quomodo ille scire aut tingere potest innumerabilia illa peccata, quae in latibulo cordis humani delitescere possunt? Qui in hac aut illa domo inquilinus est, etiam obscuro nocte sine lumine nunc in cameram, nunc in cellam, nunc in culinum tunc vestigio vadit, & hac aut illa urentia arripit: verum veniat in domum exterius, & taceo pertus; si certe continuo impinget, nec quid-

quam, quod quaerit, inveniet. Sic pariter confessorius in perdita conscientia quasi in tenebris circumerrabit, aequae latentes culpas extra divinatione deprehendet. Hoc quidem verum est, quod confessorius teneatur adjuvare penitentem, interrogando de circumstantiis speciemurantibus, suggerendo modum, quo possibile facilius venire in cognitionem numeri peccatorum, percurrendo decalogum, dedecando ceratonea dictamina, & quae sunt similia: verum si penitens non iam antea per solertem discussione conscientia fecit quantum potuit, frustra nec & nimis perplexus erit confessorii labor: uterque harebit in labyrintho, in tenebris, & neuter alteri proderit, praesertim in numero concursu conscientium, ubi impossibilis est, quod uni homini stolido ac male instructo, qui forsitan malitiose hanc diem concursu expectavit, possint integras horas impendi. Alteri, qui hac ex parte per defectum errant, suat illi, qui licite confessionem ad duos vel tres mentes differunt, tamen vix duo aut tria venialia confitentur, aliter autem impatiens fiat, de mane non fecit bonam intentionem, mensuram joculum dixi: dein statim abruptum, subfucantque: jam nihil amplius occurrit. Itane nihil amplius occurrit? O miraculum virtutis; aut ut sine fuco loquar, o portentum stupiditatis, iteet infortunatissimus status, in quem delabi potest anima, dicente Sapiente (Sap. 2.) *Essecavit illos malitia eorum*. Ista modum homines sepe in vita sua licentiosissimi, indulgent genio, edunt, bibant, ludant, versantur in quotidianis occupationibus, sine omni freno, sine mortificatione, sine scintilla amoris Dei, sine memoria eternitatis, & tamen in confessionali non magis quam duorum aut trium venialium re eos profiteantur dicentes: Nihil occurrit? Deus meus, quis ista credat? Ego non credo, sed potius iudico, tum luridam tam perfurdioriam confessionem proventre ex defectu agnitonis sui ipsius, & ex defectu sufficientis examinis. Siquis ex luce meridiana in cubiculum subobscuro intrat, e momento, quo intrat caecuit, & nihil videt. Verum moretur ubi aliquandiu, tunc incipit magis magisque agnoscere personas, picturas, omnemque suppellectilem. Hoc ipsissimum contingit in tua conscientia, mi peccator, quae quasi est obscura spelunca demoniorum: si non videris, subfiste mollicum circumspiciendo, & deprehendes: in illa tentatione succubabit, in illa conversatione fiat impudenter loquax, in illa familiaritate grave scandalum dedit, hic passivum quae debuissim impedire, ibi proximo pravum consilium suggendi, haec feci de die, illa de nocte, & quae sunt similia. Quodsi id facere negligas, & conscientiam nonnisi obiter ac deperperanter lustras, scias velim, quod talis confessio sit sacrilega, & quod tenearis, rursus repetere omnia peccata in hac confessione enarrata, imo etiam te accusare de hac ipsa confessione cum laetitia ac perbatione peracta.

7. O boni Superi; hæc negligentia innumerales animas pertrahit ad infernum; Non est, qui agat penitentiam de peccato suo, dicitur: Quid feci? Ita lamentatur Dominus per Prophetam: (Jerem. 8.) Non est, qui obligationi sue satisficiat; atque peccatorum suorum circumstantias, mentaram, numerum, pondus satis metiatur: confessiones peragunt tantum ad speciem, simulate, & ex consuetudine, sine dolore, sine proposito; hinc fit, quod non emendemur, sed de die in diem peiores, ac tandem pessimi evadamus: Hæc nos pessimos facit, ait Seneca, Ep. 83, ut melius loqui non possit Apollolus, hoc nos pessimos facit, quod, nemo vitam respiciat.

Hæc notandum est, quomodo examen prædicæ institui debeat.

8. Jam præmissis hoc utroque monito, vide licet, quanta fit huius examinis necessitas, & quanta esse debeat illius diligentia, desiderabit nonnemo, ut prædicum ac factilem modum ostendam, quo examen hoc utiliter fieri possit, ac debeat. Faciam id breviter & nervose, quantum poterit. Notandum igitur, hoc examen non esse præ profanam reflexionem supra peccata, qualiter aliquis mercator se reflectit supra sua debita, sed debere esse conjunctum cum viva fide circa Deum offensum, cum firma spe de impetranda misericordia, cum vero dolore ac verecundia coram Deo & Angelis. Proinde Christianus confessionem facturus constituat se in præsentia Dei, atque implorato Divino lumine incipiat discurrere ab ultima confessione per illas occupationes, exercitia & loca ubi conversatus est, eum ferè in modum, quo ille facit, qui pretiosum anulum perdidit; ille ante omnia se reflectit de loco, ubi putat factum esse amissionem, cogitat, quando ultimo anulum habuerit, ubi interim motus sit, ubi transierit, quo pervenerit, & sic sollicita indagatione viam remittitur. Ita patitur discurrendum est per loca, personas, & officia, quibuscum & ubi versamur. Et hic est primus modus examinandi conscientiam: alter modus est, quo quis attendit ad suas inclinationes, occasiones, consuetudines, ac mores. Tertius est quo quis percurrit Præcepta Dei & Ecclesiæ, & in singulis notat, quorum reus agitur in conscientia, quæque commisit contra Deum, contra proximum & contra seipsum, cogitatione, verbo, & opere. Mihi Christiane elige ex tribus his modis, qui tibi convenientior est, atque confide, si tux ex parte nihil neglexeris, non defuturam tibi gratiam adiuturum.

9. Sed circa quid debet conscientia examinari? Respondendo, circa speciem, numerum, ac circumstantias peccati. Quod attinet speciem, in memoriam revocanda sunt peccata mortalia nondum confessi; atque nondum confessi; quia illa, quæ jam semel clavibus subiecta sunt, non est obligatio rursus contendere, nisi subit rationabile dubium, illa vel ex dolo, vel ex errore non fuisset expressa & declarata; hinc ille, qui scit,

quod in suis confessionibus omnem semper adhibuerit diligentiam, quod nunquam peccatum aliquod deliberate ac malitiose fubiecit, quod iam una aut altera vice confessionem generalem peregerit, & hæc pendit in sua conscientia totus quantum fuerit querat, qui ista de seipso scit, contentus sit, & desinat antiquam prætorum peccatorum crambem in confessionali requerere. Sed quid? si in dubio hæream, in hoc vel illud sit peccatum mortale? Resp. accusa te sub dubio, & salva re sit, v.g. tentatus fuisti, vel quater imparo desiderio erga personam liberam, & dubito, utrum resistendo satisfecerim necne. An hæc eadem cautela adhibenda etiam est in peccatis venialibus? Non est; quia non datur obligatio ista confitendi, prout supra insinuatum est. Quod attinet ad nomenclaturam peccatorum, debet ille non minus, quam species exacte aperiri, & si quidem id possibile non sit, prout contingit in his, qui confessionem ad semelle aut annum differunt, saltem consuetudine inter, addendo hæc vocales: *circiter, plus minus, aut similes*; postquam, quod centies peccaveris, & in confessione bona fide aias, te peccasse circiter nonages, excessus decem peccatorum sui Sacramenti tibi remittitur; quia consistit in illa vocula *circiter* fuisse inclusus. Non placeat hoc consilium? Ergo recedat, quantum sit temporis ab ultima confessione, quoties omni die, quoties in septimana, quoties in uno mense cecideris, hæc moralis diligentia, & huiusmodi exinde de numero peccatorum notitia sufficit: quia sæpe major, hoc est, accurata est impossibilis. Denique quod concernit circumstantias peccatorum, bene notandum est, non alias hic circumstantias intelligi, quam illas, quæ noram ac specialem militiam in actum peccaminum refundunt, aut prout alii magis explicat, quæ novo cuidam præcepto repugnant. Res ab exemplis probabit: venit aliquis ad sacrum tribunal, & se accusat: inebriavi me, & quidem die Dominica? an bene exprimit hæc circumstantiam diei Dominica? Non: quia est imperpetuus? perinde enim ebrietas die feriali, quam festa est contra temperantiam. Alius dicit: absumi summam gravem, & quidem in Ecclesia: an bene exprimit hæc circumstantiam Ecclesiæ? Omnino; quia hic actus continet duplicem militiam, ratione rei ablatæ est furum, ratione loci sacri est sacrilegium. Super sedeo plura id genus ferre exempla, ne sim supra tuum caput. Vis scire hæc in se procedere? peccatum tuum, prout est in conscientia, candidè ac sine loco aperit, extera relinque confessorio, qui inter circumstantias necessarias, & non necessarias pro suo munere satis distinguet, Jam ad coronidem.

10. Epilogus. Reptamus pro majori utilitate, quæ dicta sunt: Mi Christiane, antequam ad pedes Sacerdotis confessionem facturus te prosternas, prius conscientia diligenter perscrutatorum examinanda, & commissorum peccatorum series bene in memoriam revocanda est; sine hac enim diligentia fit, ut multæ con-

fessiones sint invalidæ ac sacrilegæ: notandum tamen, hæc examinis diligentiam pro diversitate penitentiarum posse esse diversam; major enim requiritur in his, qui non nisi annuatim, minor in illis, qui hebdomadatim confitentur; insitit autem debet circa speciem, numerum, & circumstantias peccatorum. Proinde videant illi, qui hæc ex parte sunt negligentes, quomodo saluti sue consulant: certum enim est, quod infernalis inimicus peccatum culpabilitate oblivione omnium in ultimo mortis certamine peccatori obijcit, etque ad desperationem adigere viribus omnibus conatur. Terribile est, quod Climacus in scal. cæli grad. 70. de Monacho quodam, nomine Stephano enarrat: Erat ille vir prodigiosæ austeritatis, & in toto, ubi degebat, Monasterio tam excellens exemplum virtutis, ut ab omnibus pro Sancto haberetur. Tandem post admirabilem quadraginta annorum penitentiam in lethali infirmitate correptus, cum jamjam morti egeret proximam, maxime austeritatis indicia dedit. Jacens in lecto, caput jam in hæc jam in alteram partem inrequita gyratione volubatur, ac nisi quid spectrotrum cerneret. Paulo post alterari & in hæc verba erumpere cepit: *Ita est, hoc quidem feci, sed confessus sum.* Post intervallum iterum: *Mentiris, hoc non commisi.* Alia de novo: *Non possum hoc negare, verum penitentiam egi tanto ac tanto tempore.* Obstupere circumstantes, nec habuerunt aliud, quod ex mira hæc disputatione colligerent, quam terribiles animi angustias forsitan ex occulto, & defectu sufficientis examinationis in confessione omisso crimine provenientes. Tandem ager horrida facie, & horridiore voce exclamavit: *Non habeo quod respondeam, nisi quod misericordia Dei me relinquit.* Ea mi Christiane, ne similis alteratio, & anxietas, & tibi quondam in mortuali luctu obveniat, nota tibi quam optime doctriam, quam hodie proposui: nimirum ante confessionem diligenter examinandam esse conscientiam &c. &c.

Feria VI. Ginerum.

CONCEPTUS XV.

Declaratur compendiose, quibus partibus consistat penitentia.

Hæc dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, fetu, ac planctu. Joel. 2.

Multis agunt penitentiam, sed inanem.

1. **H**is verbis ex Propheta Joë adducit S. Matthei, dum quadragesimali jejuniumpauciparum, omnes Christi fideles ad agendam veram penitentiam exhortatur: Hæc dicit Dominus, convertimini ad me in toto corde vestro &c. Et vero Deo sint laudes, non instructuosa est exhortatio; præterquam enim, quod per totum anni decursum singulis Dominicis, & festis diebus facit Claus Spießel. Conc. Tom. II. Pars II.

era tribunalia ingenti multitudine frequentantur, adeo, ut particulariter loquendo de nostro hoc, in quo versamur, templo ac peregrinatione annuatim numerus conscientiam tam domesticorum, quam exterorum ad septuaginta, aut octoginta millia excrecet; certum est, quod hæc sacrosancta, ac sacramentalis devotio nunquam magis, quam quadragesimalis paschali tempore, ubi de obsequanda confessione præceptum Ecclesiæ accedit, inter fideles fervescit. Verum ehem! quid deplorandum his mihi occurrit? Inter tot penitentes pauci sunt penitentes: plurimi, qui ad sacrum reconciliationis tribunal convolant vel ex incertia, vel ex malitia, non veram sed facticam penitentiam peragunt, neque tales sunt coram Deo, quales in oculis hominum apparent. *Tris in unguibus insensitose sunt consideranda*, ait S. Gregorius, ap. P. Segn. p. 1. disc. 5. n. 11. *confessio oris, conversio manuum, & vindicta peccati*: confessio viri bene fit; quia conscientia haud factis examine discitur, præsertim in peccatis omissionis, quorum plurima tam circa iustitiam, quam circa caritatem committuntur. Dein longe minus bene fit conversio mentis; quia multi non concipiunt serium dolorem, non dolent propter Deum offensum cum Davide, sed propter penam promeritam cum Rege Saul, insuper occasiones pessimas non avertantur. Denique etiam non bene vindicta peccati, seu satisfactio; quia nec Deo offenso, nec proximo læso fit compensatio: non Deo offenso, quia alias ipsorum peccatum in majoris ferocis augmentum deberet cedere: non proximo læso, quia raro superant difficultatem restitutionis. Ad quid autem profunt ejusmodi defectuose confessiones? Ad nihil; peccata non destruantur, sed augentur; sicut enim, prout loquitur Terullianus, l. de pgnat. c. 6. debita pro fallam & adulterium pecuniam non solvantur; ita peccata propter falsam penitentiam non remittuntur.

Quare bene ponderandum est, ad penitentiam requiritur:

1. **Propositi**. Quare priusquam ulterius progrediamur, operæ pretium esse dixi, ut de sacramentali veræ penitentia partibus præliminiter disseram, & compendiosè explicem, quæ per totam quadragesimam fufius agemus. Nimirum sicut Deum offendimus corde, id est cogitatione, dein lingua, id est verbo, & denique manu, id est opere; ita oportet penitentiam etiam ferri corde, lingua & manu; cor debet elicere contritionem, os debet facere confessionem, & manus debet operari satisfactionem, id quod declarat S. Bonaventura in comp. Th. l. 6. c. 23. ait: *Peccator culpam animo detestatur, verbo accusat, & facta puniat.* Insistamus huic divisioni: Favete.

§. I. Primo contritionem cordis.

3. **Confirmatio**. Ad sacramentalen penitentiam præmissis requiritur dolor cordis; certum enim est, peccata actualia a Deo non remittit.